



465. Quid aurichalco, sicut in camino ardenti. Suid. putat, aurichalco esse genus lectri auro pretiosius. Ant. Nebri-

Aretas Primaf. Thefaur.

Plinius.

Sixtus. 466. Per pedes Christi, significatur humanitas.

467. Vox Christi vel predicationis Evangelicæ.

QUESTIO LVII.

Quare postquam Joannes fecit mentionem de capi e. ac oculis Christi statim de illius pedibus ignitis agit?

468. Superiori num. Joan. dixit: Caput ejus, & scapilli erant candidi, tanquam lana alba, & sicut nix, oculi ejus tanquam flamma ignis.

469. Dam.

Joannes modo ad divinitatem Christi naturam modo ad humanitatem volat.

mis, ad ejus caput, hoc est ad ejus Divinitatem volat. Deindeque ad ejus pedes, hoc est. humanitatem describendam descendit, & sic passimè utriusque nature conjunctionem, ac operationem nobis proponit; quod optimo exemplo confirmat. De divino sponso dicitur Cant. 5. num. 14. Venter ejus eburneus, distinctus saphyris.

Cant. 5.

Secundò. Post oculos inflammatos, pedes igniti commemorantur. Per oculos vitam contemplativam, per pedes activam, multis interpretatur Ioachim. At bas, & subdit: Sive cum Petro sequimur Dominum; sive cum Joanne contemplationi vacamus; sive, inquam, illam vitam tenemus, quæ corpori Christi adscribitur, designata in pedibus sive & illam, quæ oculis mentis ejus magis congruit, cujus propriè oculus, qui lumen est corporis, similitudinem gerit: utrumque donum Dei est, utrumque gratia: & sicut ab illo in nobis est, ut similes esse possimus flammæ ignis, contemplando cœlestia, ita & ab ipso, ut possimus sustinere pressuras, & ob veritatis amorem passionem subire.

470.

Joachira.

Vita contemplativa, & activa sic charitate plena.

Tamen vitæ activæ multas pressuras, ac tribulationes, ut in camino ignis, tribuit, quas ejus studiosi, ob veritatis amorem sustinent. Et S. Anton. 1. p. historiae tit. 6. §. 2. Activa, ait, debet esse firma, & lucens, charitate fervescens, ideo fervens de aurichalco solido metallo, & lucens in camino ardenti. Vita activa debet esse firma & stabilis, ut aurichalco: quia nonnulli, dum de operibus, & ministeriis suis gloriantur, maxime cadunt & præcipitantur: & idè debent esse firmi, lucentes, ac charitate ferventes, ut in camino ignis examinati, ac probati, firmiter perseverent, & non consumantur, ac pereant.

471.

D. Anton. Vita activa, & contemplativa, simul debent esse.

Utramque vitam, contemplativam in oculis designatam, & activam in pedibus, conjungit Joannes, utramque enim vir justus, ac perfectus debet in se tenere, ac amplecti. Sicut enim in humano corpore, non minus necessaria est oculus ad videndum, quam manus, vel pes ad operandum; ita & in animo cujusque justi non minus necessaria est interna rerum cœlestium contemplatio quam externa bonorum operum exequutio. Ait Paul. 1. Cor. 12. n. 21. Non potest oculus dicere manus; opera tua non indigeo. Sic oculus debet esse intentus contemplatione, ut simul secum adjunctam habeat activam manuum operationem. D. Greg. Nyssen orat. 13. in Cant. sic inquit: Divinus ille Apostolus ait, non posse

1. Cor. 12.

D. Gr. Niss.

oculum

oculum manus dicere, non mihi opus est, quibus vobis docere vult, debere corpus Ecclesia ab utroque recte comparatum esse, tam perspicendi, quam agendi vi, inter se quasi temperata. Quippe quod neque contemplatio per se animam perficiat: nisi ad finem opera vitæ egregiam absolventia: neque Philosophia occupata in agendo satis sit utilis, nisi vera pietas eorum, quæ fiunt, dux sit.

473.

Cantic. 2.

Anima simul sit in operatione ac contemplatione.

D. Bern.

Ait divinus sponso ad Sodales suæ dilectæ. Ne suscitatis, neque evigilare faciat dilectam. Cant. 2. n. 7. & tamen statim ab ipso celeriter ad actionem evocatur: Surge, propro amica mea, columba mea formosa mea, & veni, n. 13. Valde mirabile quod sponso uno penè momento, & mirabile suscitari sponsum, & simul eam susci, tet ut veniat. Vult ut indulgeat quieti contemplationis, ideo nec ab aliis excitari permittit; & ut simul sit in activa operatione, & ideo eam vocat, ut furgat, & veniat: ac si simulaneè in ea intendat quietem contemplationis con unctam cum externa rerum occupatione. D. Bern. fer. 8. Agnosce, ait, eas quas vobis commenda vi, & non semel viciissudinet sancta quietis, ac necessaria actionis; quia non sit in hac vita copia contemplandi, nec diuturnitas otii, ubi officii, & operis cogentior urget, instantiorque utilitas.

QUESTIO LVIII.

Quare per pedes in camino ignis, humanitas Christi, ejusque actiones, ac sanctissima vita interpretatur?

474.

Rupert.

Luc. 14.

Naz. Dam.

Christus per fornacem passionis, obtinuit exaltationem suæ gloriæ.

475.

Tot passus est Christus, ac si plus quam caro aëne esset

PRIMO. Rupertus de Christi humanitate interpretatur, & sic ait: Sicut per caput candidum, vel canum, rectè intelligimus antiquum, quod in principio erat Verbum; sic per pedes, quæ pars est finis corporis; rectè illud, quod idem Verbum caro factum est; illi pedes, ista ejus humanitas similis aurichalco dicitur; quia viciat licet sicut aurichalco multis ignium impendit, & are perducitur ad colorem auri, ita & illa humanitas per multas tribulationes passionis; & mortis perducta est ad gloriam divinitatis, quæ per aurum solet intelligi, ut dicitur Luc. 24. Nonne sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam; Sic & similiter Nazianz. Damasc. & alii Patres. Sicut per caput intelligitur divinitas, ita per pedes humanitas; & dicuntur pedes similes aurichalco in camino ardenti. Nonne vides, quod aurichalco ad ardentissimo igne, ac multis tunc onibus ad colorem auri pervenit? Per caminum ardentem acerbitas Passionis Christi d. optime intelligitur. Merito ergo dicitur in camino ardenti; quia Christus d. in sua Passione extitit tanquam in fornace ignita passionum, dolorum, ac amari udinum; & per hæc Christus intravit in gloriam suam.

Dubium tamen adurgeo: Quomodo dicuntur pedes similes aurichalco in camino ardenti? Pedes aëni in fornace ardentissima diu perseverare non possunt, sed sine dubio ibi peribunt, ac consumentur; quomodo ergo humanitas Christi in sua passione comparatur cum pedibus aëni in camino ardenti? sic illa sanctissima humanitas à divinitate corroborata est; ut pro nobis pateretur, ut non solum esset tanquam caro aënea ut dicebat Job. 6. num. 12. sed Sylvestra in Apocalypsim. Tom. I.

etiam ut naturam omnem aëneam superexcederet, ac transiret. Vide quæ dixi tom. 5. in Evang. l. 8. c. 1. n. 22. 23. & 24. & deinceps.

Secundò. Andr. Cæsar. per chalcolibanum intelligit Christi divinitatem, ac humanitatem; Quod si, ait, voces, unde hoc nomen chalcolibani conflatur, eorum interpretetur, per hæc humana natura Christi, per thos autem ejus divina substantia denotatur; per utrumque verò, & fidei fratrantia, & inconfusa naturarum unio inter se, atque conjunctio. In ea sententia est citatus Auditor, quod per chalcolibanum intelligunt non metallum purum, sed thuris ac æris permixtionem; per quod interpretatur unionem humanitatis cum divina natura in Christo: nam Christus habuit duplicem naturam, divinam ac humanam: divinam significatam in thure, quo coimus Deum, in ære verò humanam: & si hæc admirabilis naturarum unio per piæ affectum recipiatur in corde fidelium veluti in camino ardenti emittit quandam fragrantiam, ac suavissimum odorem fidei, & aurore erga Christum dominum.

476. Andr. Cæs.

Unio Divinitatis cum humanitate generat in nobis fragrantiam fidei.

Tertiò Galfr. Abb tract 34. Aurum optimum in morte palluit, ac ricalco simile fuit, postiora siquidem dorsi ejus in pallore auri. O aurum calcatum, & conculcatum! d aurum pretiosum aurichalco vilissimo comparatum! imò stratum etiam quasi lutum, juxta illud Job. 41. n. 21. Sternes aurum, sicut lutum, & Isai. 53. Consideravimus eum, & non erat ei species, neque decor, Unde nec reputavimus eum. Ubi autem in camino ignis: Caminus ignis, fervor, tribulationis, vehementia persecutionis, dolor exitus Passionis, Christus d. totus pretiosissimus, totus aureus; caput ejus aureum; pedes ejus auri, quomodo cum aurichalco comparatur quod inter metalla vilis est conditionis? Christus d. etsi pretiosissimus tamen in camino mortis ac Passionis, sic vilis reputatus est, ut non esset ei species, neque decor.

477. Galfrid.

Christus in sua morte vilis est habitus, Job 41. Isai. 53.

Quartò, & magis adurgeo superiorem considerationem Christus d. totus aureus: Caput ejus, aurum optimum, ut dicitur Cant 5. n. 2. 1. pedes ejus auri, ut etiam ibidem scribitur. n. 15. Cura illius columna marmorea, quæ fundamta sunt super bases aureas. Quomodo ergo ejus pedes cum aurichalco comparantur, quod non est aurum, sed solum quandam auri similitudinem habet, & est multo inferioris conditionis auro? Christus d. à Judæis, ac infidelibus tanquam vilis reputabatur, ab sponsa, ac anima sancta, in magno, ac inæstimabili pretio est habitus; illi, cum celsitudinem Christi ignorarent, eam contemnebant: hæc autem, cum illam agnosceret, eximio affectu super omnia, eam venerabatur. Vide quæ dixi tom. 1. in Evang. lib. 2. c. 4. q. 29. n. 107.

478.

Cantic. 5.

Christus infidelis vilis, fidelis pretiosus

Quintò. Humanitas ex unita Divinitate eximiam falgorem participavit. Quod colligo ex D. Greg. hom. 2. in Ezech qui explicans illa verba c. 1. In medio ejus quasi species electri, sic ait: Dum aurum, & argentum miscentur, argentum ad claritatem proficit, aurum verò à suo colore pallescit: illud ad claritatem proficit, hoc à claritate tempera: sicut in unigenito Dei filio natura Divinitatis unita est tanquam aurum, natura nostra tanquam argentum: in qua adjunctione humanitas in majestatis gloriâ excrevit; Divinitas verò à sui fulgoris potentia humanis se temperavit actio

479.

D. Greg.

63